



Universitätsbibliothek Sachsen-Anhalt







1718.

1. Bertinellus, Gebhardus Christianus: Dissertationes  
editales.
2. Bertinellus, Gebhardus Christianus: De actione  
ex quo cunquac pacto monies data
3. Bergerus, Christoph. Henr., Ordinis juridici: . . .  
Decanus: Lectori o.p.s.t. (ad Disputationem in ang.  
Coroli Christiani Krautii instat.)
4. Bergerus, Christoph. Henr.: Ordinis iuris: . . . Decanus:  
l. l. s. p. t. (ad Disputationem in ang. Coroli  
Gustelmi Beyeri instat).
5. Bergerus, Christoph. Henr., Collegii Totorum . . . Deca-  
nus: ad Disputationem solennem Candidat.  
Dr. Nalckenialis Barthii instat)
6. Bergerus, Christoph. Henr. cas: Ad Disputationem  
in ang. . . Galvani Rantzoi Presidio . . .  
instat.)

DR  
S.  
IE

1718

7. Chlademius, Martinus, Ordinis Theolog.: - Decimus

lecturam Generalis jubilea pie ... Fructuosa  
gratulatur

8. Chlademius, Martinus: De promovendis com-  
muniis ecclesiae evangelico-lutheranae . . .

9. Erniger, Thentarus: Observaciones selectas ad  
doctrinam censoriae ecclesiasticae papulic

. . . placide Requisitionis submittuntur.

10. Monckton, Gottfr. Ludov: Lectio bin. i. d. (ad doct. professorum  
Salomon, Dr. Henrici Soli  
genuis protata)

11. Moncktonis, Gottfr. Ludov: De contributione

Sueciae .

12. Monckton, Gottfr. Ludov: De transactione  
ex falsa causa .

13. Monckton, Gottfr. Ludov: De remissione  
juramentorum exprimiti iure Saxoneo  
Electoreli .

- 2.
14. Menckien, Gottfr. Ludw. : De eo, quod iustum  
est circa ritum et formulam herositicorum  
in ecclesia bene dicendi
15. Schmidius, Dr. Antonius : Notam pro lectione simulacrum  
per eucharistiam secundum vulgare sed  
peccatum . . . examinabit . . .
16. Spener, Iac. Taurus : Examen Longobardorum Sac-  
risce de felicitate ad status imperii com-  
muniter applicatae .
17. Thorschmidius, Justus Christ : De studiorum  
ratione ad genium seculi compita .
18. Vater, Abraham : Lectiones publices de  
incrementis artis mediceae ex remeis  
exercitiois auriter detectis expectantibus  
habentis intimat et artis salutario . . .  
cultores . . . iunctis .

ED  
S.  
IE

19. Werner, Fr. Balckes, Ordinis Juridici.

Decanus l. s. d. (ad reputacionem in ang.

Christophori Gottliebi Wenzeli mortis.)

20. Werner, Fr. Balckes: Dissertatione juridica

. . . pro veram de prescriptive immuno-  
riti sententiam . . . submittet..

21. Wickmannshausen, Johannes Christopherus:

Venelis tabernaculi atque templi

783. 6

de furor,

1718. 4

ORDINIS JVRIDICI  
VITEMBERGENSIS  
DECANVS  
**CHRISTOPH. HENR.  
BERGERVS, D.**

FACVLTATIS IVRIDICAE ET IVDICII PROVINCIALIS  
IN MARCHIONATV INFERIORIS  
LVSATIAE ASSESSOR

B. L.

S. P. D.





**D**utat quidem GAJV in  
L. 8. de Sponsal. furore  
interveniente , sponsa-  
lia contracta non in-  
firmari, cui etiam af-  
sentitur PAVLVS in L.  
16. §. 2. de Ritu Nupt. At enim uterque  
minus contrariatur communi sententiae,  
quae, sponsalia per supervenientem fu-  
rorem unius desponsatorum , rescindi  
posse ac oportere, affirmat, quandoqui-  
dem, ut CARPZOVIVS Jurisprud. Ec-  
cles. lib. 2. tit. 10. desin. 182. eam doctri-  
nam solide excusfit, recteque statuit,  
neuter JCtorum matrimonium consum-

( 2                      mare

mare praecipit, sed saltem, quod infecta  
habeantur sponsalia, negat. Namque  
quotusquisque non abhorret a consue-  
tudine furiosi? quotusquisque nescit,  
furorem destruere societatis conjugalis  
naturam? quem fugit peritum juris,  
furiosum haberi pro infante, L. 12. ad  
*L. Cornel. de Sicar.* pro ignorantे, §. 8.  
*J. de inutil. Stipul.* et pro absente ac  
mortuo, L. 2. §. 3. de *Jure Codicill.* L.  
124. §. 1. de *R. J.* Quam sententiam  
hodieque Collegia Juridica, in primis  
Saxonica Electoralia, constanti pronun-  
tiandi judicio tenere, eo minus dubi-  
tandum est, quo magis magisque  
ille character sacramenti, quem Ponti-  
ficii sponsalibus inesse fingunt, falsus ac  
erroneus deprehenditur. Jure enim Di-  
vino sponsalia nusquam leguntur esse  
indissolubilia, sed ea qualitas soli ma-  
trimonio adscribitur, adeoque sponsalia  
longe facilius dirimi possunt, quam ma-  
trimonium, quin satius fuerit, sponsalia

ex

ex caussa supervenientis furoris dissolvi,  
quam cum metu infelicitis matrimonii  
consummari. Atque hunc in modum  
me ante aliquot annos in caussa E. M.  
S. contra H. C. L. nomine Ordinis  
Nostri respondisse recordor, cum spon-  
sus quidam nimia vini usci potatione  
furorem sibi contraxisset talem, qualem  
carcere et compedibus coerceri opor-  
tebat, et sponsa contracta sponsalia  
cum eo consummare refragaretur. Ac-  
cedebat praeter ea in facto circum-  
stantia sponsaliorum, cum conditio-  
ne : si quidem sponsus potationes e-  
jusmodi nimias et immodicas, ac ebrie-  
tatem in posterum evitaret, contra-  
etorum, quae, cum a sponso minus  
adimpta fuerit, etiam dedit, justam  
sponsalia dissolvendi caussam, *Cap. 3.*  
*in fin. X. de Condit. apposit.* Similis  
argumenti quaestio haud ita pridem  
Collegio Nostro offerebatur : utrum  
sponsus, deinde intelligens, sponsam a

( 3 ) facer-

sacerdote Romano - Catholicae religioni addicto , sacro fonte fuisse initiatam , ideoque conscientia ductus , eandem hancce ob caussam repudiare possit ? quam omnino negandam Ordo Noster recte existimavit . Sed de his jam satis . Agamus paucis de ortu atque honesta vitae ratione Nobilissimi Clarissimique Canditati nostri CAROLI GUILIELMI BEYERI , in cuius gratiam hoc , quicquid scriptoris est , inter alia quam plurima impedimenta , mihi subnatum est . Initium faciamus autem , prouti moris est , a patria . Lucem primam asperxit Noster Dresdae die XIII. M. Maji anno M DC XCV . Parentes tales sortitus , ob quorum excelsas et eximias virtutes meritaque insignia sors secunda Canditatum Nostrum a pluribus aliis distinxit . Patrem enim veneratur et natus est , quem DEVS ei et Reipublicae sospitem atque in-  
colu-

columem quamdiutissime conservet, ac  
superesse velit, Virum Excellentissi-  
mum, ANDREAM BEYERVM,  
Haereditarium in Steinichtwolmsdorff  
et Ammelgoswitz, JCtum, Poten-  
tissimi Poloniarum Regis et Elec-  
toris Saxoniae Consiliarium Aulicum,  
Justitiae aequae, ac Ecclesiasticum, lon-  
ge splendidissimum, cui novos ho-  
nores filii optimi ac paternarum vir-  
tutum aemuli, ea, qua par est, ob-  
servantia gratulamur. Matrem vero  
BARBARAM ELISABETHAM,  
Matronam, laude virtutum praecipua-  
rum, quae sexum elegantiores exor-  
nant, insignem ac praestantissimam,  
Viri Incomparabilis, Domini MEL-  
CHIORIS HENRICI SCHEDII,  
Haereditarii in Ammelgoswitz et Plo-  
tha, Serenissimo Electori Saxoniae  
quondam a Consiliis Aulae et Justi-  
tiae relictam filiam, cuius praematu-  
ram

ram mortem Noster vehementer dolet,  
et mortuae quoque matri amoris at-  
que observantiae officium, quod filium  
decet, persolvit. Statim ac per aeta-  
tem licuit, disciplinae doctrinaeque  
diligentissimorum Praeceptorum domi  
traditus et demandatus fuit, qui in  
pietate et artibus liberalibus, necessa-  
riisque disciplinis eum instruxerunt,  
donec a Domino Parente in longe  
celeberrimum, quod Portae floret,  
Gymnasium anno XI. hujus Seculi mis-  
sus, ibidemque omnium scientiarum  
et artium generibus, quibus juvenilis  
aetas formari ac institui debet, a Vi-  
ris Doctissimis et Praestantissimis, M.  
Hartmanno, Rectore, M. Heydero,  
Con - Rectore, et M. Schram-  
mio, Collega III. imbutus, habi-  
ta, more consueto, oratione va-  
ledictoria, anno XIII. Domini Pa-  
rentis jussu, Lipsiam se contulit et  
Aca-

Academicis studiis operam dedit. In  
hac itaque Academia ab ore Virorum  
Excellentissimorum et Consultissimo-  
rum Schreiteri, Olearii, Rechenber-  
gii et Hilligeri pependit, eorundem-  
que tam publicis, quam privatis lec-  
tionibus sedulo ac diligenter interfuit,  
et felices in Jurisprudentiae studio pro-  
gressus fecit. Die XXIII. Mens. Se-  
ptembris An. XVI. se examini, quod  
lege Saxonica imperatum illis est, qui  
caussas in foro orare cupiunt, submi-  
sit, et interrogantibus notitiam legum,  
tum quoque Processus Saxonici exi-  
miam, judiciumque tractandis caussis  
accommodum probavit, atque adeo  
testimonium ab Amplissimo JCtorum  
Academiae Lipsiensis Ordine eodem  
die expetitum facile obtinuit. Die  
XIII. Mens. Octobris ejusdem anni in  
conspectu Consilii Aulici, quod Dres-  
dae

)()

dae viget, ad Praxin, uti vocant, habilem se reddidit, et, praestito consueto juramento, in Advocatorum coetum receptus, in Curia Lipsiensi per semestre spatium caussam dixit. Postea jussu ac mandato Domini Parentis Dresdam se retulit, ibique per annum ad hoc usque tempus negotiis forensibus totum se tradidit. Tandem ad nos accessit, atque ab Ordine Nostro aditum ad consueta ingenii et eruditionis specimina edenda modeste petiit. Nuper ad solenne tentamen admissus, optimorum ac egregiorum profectuum laudem sibi conciliavit, et, omnium suffragio ac confessione Dignissimus judicatus, qui ad reliqua specimen admitteretur et cui potestas consequendi Honores summos conferretur. Id vero, more institutoque majorum, Dissertatione inaugurali, qua


qua veram de Praescriptione Imme-  
moriali sententiam demonstrabit, in-  
stitutum dirigente Viro Magnifico  
atque Excellentissimo, Domino Jo.  
BALTHAS. VVERNHERO, JCto, Po-  
tentissimo Poloniarum Regi et Electo-  
ri Saxoniae a Consiliis Aulae et Ju-  
stitiae, Academiae et Ordinis Juri-  
dic i Ordinario, Decretalium P. P. Cu-  
riæ Provincialis, Consistorii et Scabi-  
natus Assessore longe Gravissimo, Pa-  
trono atque Compatre nostro omni  
reverentia, cultu et obsequio aetatem  
devenerando, D. I. Septembr. efficiet,  
ac sibi vindicabit. Cui actui solenni,  
ut Magnificus Academiae PRO-RE-  
CTOR, Illustrissimi Comites, Patres  
Conscripti et Viri Omnia Ordinum  
honoratisimi, Civesque Generosi et  
Nobilissimi interesse haud graventur,  
etiam atque etiam oramus ac ro-  
ga-

gamus. P. P. Vitembergae Do-  
minica XI. post Trinitatis Anno  
R. G. d<sup>o</sup> 1000 xviii.

---

VITEMBERGAE

LITERIS GERDESIANIS.



**ULB Halle**  
005 708 540

3





B.I.G.

Farbkarte #13



783.6

defuisse,

1718.

ORDINIS JVRIDICI  
VITEMBERGENSIS  
DECANVS  
CHRISTOPH. HENR.  
BERGERVS, D.

FACVLTATIS IVRIDICAE ET IVDICII PROVINCIALIS  
IN MARCHIONATV INFERIORIS  
LVSATIAE ASSESSOR

B. L.  
S. P. D.